



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM

AB URBE CONDITA,
DECADIS SECUNDÆ,

LIBER II.



Ociestate in tyrannos inita, decreto Patrum jussi sunt dare nomina quicunque per ætatem militare poterant: quadraginta & amplius hominum millia intra vicesimum ac sexagesimum ætatis annum conscripta dicuntur. Sed tanto quidem omnium ordinum & ætatum studio sumpta arma, ut multi sine publico, sine privato cujusquam stipendio ad vicinam tyrannidem extinguendam ultro sint castra secuti. Haud tamen placuit, totis viribus hostem aggredi: sed patrio more lentius incipere, ac ubi cœptum esset,

1336